



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXII. Papst Nicolaus IV. verleiht dem Kloster Chorin das Erbrecht
derjenigen Personen, welche es zu Mitgliedern seines Conventes
aufgenommen, am 14. November 1289.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](#)

Hasso, Sculiz, frater suus, Heinricus de Wardenberghe, Otto de Ellinghen, pincerna, Dethardus de Wrustrov et alii quam plures. Datum thuriglouo, anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o., feria quarta post Letare.

Aus dem nach dem Original des Königl. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerken's Cod. II, 429.

XXXI. Die Markgrafen Otto und Conrad erneuen den Mönchen zu Chorin die ihnen von ihrem Hering, wie von andern Lebensbedürfnissen bewilligte Zollfreiheit, am 15. November 1288.

Otto et Conradus, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, uniuersis Vngeldariis presentes literas inspecturis salutem et omne bonum. Cum dilectis nobis in cristo fratribus ordinis Cisterciensis in chorin a nostris progenitoribus fit indultum, quod de Allece iporum et aliis indigentiis, quibus ad ipsorum expensas indigerint, nusquam in nostro dominio dare debent thelonium aliquod aut Vngeldum, utpote in ipsum priuilegiis euidenter ostendere poterunt ipsis desuper traditis et confessis; Recognoscimus et presentibus protestamur, quod eisdem fratribus etiam decreuimus concedendum, ut de Allece ipsum pariter et de aliis indigentiis, quibus ad expensarum necessaria indigerint, nullum requiri debeat penitus thelonium aut Vngeldum. In hujus rei testimonium presentes dari jussimus litteras et sigillorum appensionibus roborari. Datum Vinow, anno domini M^o. CC^o. LXXXVIII^o., secunda feria infra Octauas sancti Martini.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerken's Cod. II, 430.

XXXII. Papst Nicolaus IV. verleiht dem Kloster Chorin das Erbrecht derjenigen Personen, welche es zu Mitgliedern seines Conventes aufgenommen, am 14. November 1289.

Nicolaus, Episcopus, Seruus Seruorum Dei, dilectis filiis Abbatii et Conuentui monasterii de Korin Cisterciensis Ordinis Brandenburgensis dioecesis salutem et apostolicam benedictionem. Deuotionis vestre precibus inclinati auctoritate vobis presentium indulgemus, ut possessiones et alia bona immobilia, que personas liberas fratrum vestrorum mundi reicta vanitate ad monasterium vestrum conuolantium et professionem facientium in eodem jure successionis vel alio justo titulo si remansissent in Seculo contigissent et conferre aliis potuissent, exceptis rebus feudalibus, petere, recipere ac retinere libere valeatis, sine juris prejudicio alieni. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpferit, indignationem omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se nouerit incursum. Datum Rome, apud Sanctam Mariam maiorem, XVIII Kal. Decembris, pontificatus nostri anno secundo.

Aus dem nach dem Original des K. Geh. Staatsarchives berichtigten Abdrucke in Gerken's Cod. II, 468 mit dem Datum 1329.